



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Actum tempore Tiberij. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

HAYMO.

Circa hoc tempus Iudeis multa accidentunt mala, ppter piaculum quod in saluatorem commiserunt, Caio persequente. Ad quem Philo tunc insignissimus scriptor apud Hebræos pro contribubus suis Iudeis legationem suscipit. Exortam apud Alexandriam seditionem inter Græcos & Iudeos ipse Philo contra Appionem, qui erat ex parte Græcorū, potentissime purgat Iudæorū obiecta, sed spernitur a Caio cum odisset Iudeos Caius, pro eo quod ei neq; aras, neq; templa, neq; imagines faciebant. Erat enim tantè vesaniae & præsumptionis, ut deum se voluerit appellari. Qui etiam templum sanctę ciuitatis replēs imaginibus & statuis, quod solum intactum à pphānæ religionis contagione fuerat, commutare in templum proprij nominis ausus est, ut proh pudore templum domini, ædes nobilissimę Louis & noui dei Caius vocaretur. Quæ omnia in suis libris Philo plenius describit, & alias innumeræ clades vltra omnes tragicos luctus Iudeis irrogatas esse dicit apud Alexādriā.

ACTVM TEMPORÆ TIBERII.

Caput XIII.

ATIosephus mala enumerat, quę apud Hierosolymam eis acciderunt. & quomodo Pilatus in Hierosolymam intulit imagines Cesaris.

QVOD PILATVS SE IN MORtem damnauit. Cap. XIII.

PEridem tempus cum sic vltio diuina perurget Iudeos, Pilatum quoq; qui in morte Christi iniqui judicis officio functus est, non sinit esse impuni-